

The Choir then sings **Marenzio's setting of the Communion Motet: "O Sacrum Convivium"**

The Postcommunion Prayer

Fac nos, quaesumus, Domine, divinitatis tuae sempiterna fruitione repleri, quam pretiosi Corporis et Sanguinis tui temporalis perceptio praefiguratur.

Lord Jesus Christ, you gave us your body and blood in the eucharist as a sign that even now we share your life. May we come to possess it completely in the kingdom where you live for ever and ever.

P: per Christum Dominum nostrum.
C: Amen

P: Dominus vobiscum.
C: Et cum spiritu tuo.
P: Benedicat vos omnipotens Deus, Pater ✠ et Filius ✠, et Spiritus ✠ Sanctus **C: Amen.**

P: Ite, missa est.
C: Deo gratias

Marian Antiphon



Sálve, Regína, * má-ter mi-se-ricórdi-æ : VÍ-ta,
dulcé-do, et spes nóstra, sálve. Ad te clamámus,
éxsu-les, fi-li-i Hé-væ. Ad te suspi-rá-mus, geméntes
et fléntes in hac lacrimárum válle. E-ia ergo, ad-
vocáta nóstra, illos tú-os mi-se-ricórdes ócu-los ad nos
convérte. Et Jésum, benedíctum frúctum véntris tú-i,
nóbis post hoc exsíl-li-um osténde. O clémens : O
pí-a : O dúlcis * Vírgo Ma-rí- a.

This is Your Personal Copy of the Mass Sheet to take away with you

ST MARY'S, CADOGAN STREET, SW3
1130HRS LATIN MASS

Sunday 6th June 2010: Corpus Christi: Euch. Prayer II
Missa Brevis (Palestrina); Caro Mea (Gascogne); O Sacrum Convivium (Marenzio)



In Festo Sani Corporis Christi

The Introit

Cibavit eos ex adipe frumenti, alleluia: et de petra, melle saturavit eos, alleluia, alleluia. **PS.** Exsultate Deo adiutorio nostro: iubilate Deo Iacob. Sumite psalmum, et date tympanum: psalterium iucundum cum cithara. Ego enim sum Dominus Deus tuus, qui eduxi te de terra Aegypti: dilata os tuum, et implebo illud.
The Lord fed his people with the finest wheat and honey, alleluia; their hunger was satisfied, alleluia, alleluia, alleluia. PS. Ring out your joy to God our strength, shout in triumph to the God of Jacob. Raise a song and sound the timbrel, the sweet-sounding harp and the lute. I am the Lord your God, who brought you from the land of Egypt. Open wide your mouth and I will fill it.

P: In nomine ✠ Patris, et ✠ Filii, et ✠ Spiritus Sancti **C: Amen**

P: Dominus Vobiscum
C: Et cum spiritu tuo

The Rite of Blessing & Sprinkling of Water
P: Asperges me,...

: Domine, hyssopo, et mundaboar: lavabis me, et supernivem dealbabor. mundaboar: lavabis me, et supernivem dealbabor. Miserere mei, Deus, secundum magnam misericordiam tuam. *Gloria Patri et Filio, et Spiritui Sancto, sicut erat in principio et nunc et semper, et in saeculum saeculorum. Amen Repeat Asperges ...*

P: Deus omnipotens, nos a peccatis purificet, et per huius Eucharistiae celebrationem dignos nos reddat, qui mensae regni sui participes efficiamur
C: Amen

P: GLORIA IN EXCELSIS DEO
(Please sit as the Choir sings the Gloria)

Et in terra pax hominibus bonae voluntatis.
Laudamus te Benedicimus te.
Adoramus te. Glorificamus te.
Gratias agimus tibi propter magnam gloriam tuam.
Domine Deus, Rex coelestis. Deus pater omnipotens.

Domine fili unigenite, Jesu Christe.
Domine Deus, Agnus Dei, Filius Patris.
Qui tollis peccata mundi, miserere nobis.
Qui tollis peccata mundi, suscipe deprecationem nostram.
Qui sedes ad dexteram Patris, miserere nobis.
Quoniam tu solus sanctus.
Tu solus Dominus.
Tu solus Altissimus, Jesu Christe.
Cum sancto Spiritu, in gloria Dei Patris. Amen.

Then please stand while the Priest says

The Collect

Deus, qui nobis sub sacramento mirabilis passionis tuae memoriam reliquisti, tribue, quaesumus, ita nos Corporis et Sanguinis tui sacra mysteria venerari, ut redemptionis tuae fructum in nobis iugiter sentiamus.
Lord Jesus Christ, you gave us the eucharist as the memorial of your suffering and death. May our worship of this sacrament of your body and blood help us to experience the salvation you won for us and the peace of the kingdom.

P: per omnia saecula saeculorum.
C: Amen

The First Reading

A READING FROM THE BOOK OF GENESIS
Melchizedek king of Salem brought bread and wine; he was a priest of God Most High. He pronounced this blessing: 'Blessed be Abraham by God Most High, creator of heaven and earth, and blessed be God Most High for handing over your enemies to you.' And Abraham gave him a tithe of everything.

P: Verbum Domini C: Deo Gratias

The Gradual

Oculi omnium in te spirant, Domine: et tu das illis escam in tempore opportuno. **V** Aperis tu manum tuam: et imples omne animal benedictione.
The eyes of all creatures look to you and you give them their food in due time. V. You open wide your hand, grant the desires of all who love.

The Second Reading

FROM THE 1ST LETTER OF ST PAUL TO THE CORINTHIANS
This is what I received from the Lord, and in turn passed on to you: that on the same night that he was betrayed, the Lord Jesus took some bread, and thanked God for it and broke it, and he said, 'This is my body, which is for you; do this as a memorial of me.' In the same way he took the cup after supper, and said, 'This cup is the new covenant in my blood.'

Notice for your Diary
The Annual Solemn Mass in the Extraordinary Form
will be held on
Saturday August 21st
at
12 Noon
Please come and join in celebrating in this Solemn Rite as authorised by the Holy Father

Whenever you drink it, do this as a memorial of me. Until the Lord comes, therefore, every time you eat this bread and drink this cup, you are proclaiming his death.

P: Verbum Domini **C: Deo Gratias**

Alleluia. Caro mea vere est cibus, et sanguis meus vere est potus: qui manducat meam carnem, et bibit meum sanguinem, in me manet, et ego in eo. **Alleluia.**

Let us see, O Lord, make your mercy and give us your saving help

The Gospel

P: Dominus vobiscum

C: Et cum spiritu tuo

P: Sequentia sancti Evangelii secundum Lucam

C: Gloria tibi Domine

Jesus made the crowds welcome and talked to them about the kingdom of God; and he cured those who were in need of healing.

It was late afternoon when the Twelve came to him and said, 'Send the people away, and they can go to the villages and farms round about to find lodging and food; for we are in a lonely place here.' He replied, 'Give them something to eat yourselves.' But they said, 'We have no more than five loaves and two fish, unless we are to go ourselves and buy food for all these people.' For there were about five thousand men. But he said to his disciples, 'Get them to sit down in parties of about fifty.' They did so and made them all sit down. Then he took the five loaves and the two fish, raised his eyes to heaven, and said the blessing over them; then he broke them and handed them to his disciples to distribute among the crowd. They all ate as much as they wanted, and when the scraps remaining were collected they filled twelve baskets.

P: Verbum Domini

C: Laus tibi Christe

The Sermon

P: CREDO IN UNUM DEUM

Patrem omnipotentem, factorem coeli et terrae, visibilium omnium, et invisibilium.

Et in unum dominum, Iesum Christum, Filium Dei unigenitum

Et ex patre natum ante omnia saecula.

Deum de Deo, lumen de lumine, Deum verum de Deo vero.

Genitum non factum, con-substantialem Patri: per quem omnia facta sunt.

Qui propter nos homines, et propter nostram salutem descendit de caelis.

Et incarnatus est de Spiritu Sancto ex Maria Virgine:

(bow) ET HOMO FACTUS EST.

Crucifixus etiam pro nobis: sub Pontio Pilato passus et sepultus est.

Et resurrexit tertia die, secundum Scripturas.

Et ascendit in caelum: sedet ad dexteram Patris.

Et iterum venturus est cum gloria, iudicare vivos et mortuos: cuius regni non erit finis.

Et in Spiritum Sanctum, Dominum, et vivificantem: qui ex Patre Filioque

procedit.

Qui cum Patre et Filio simul adoratur, et conglorificatur: qui locutus est per Prophetas **Et unam, sanctam, catholicam, et apostolicam Ecclesiam.**

Confiteor unum baptisma in remissionem peccatorum.

Et exspecto resurrectionem mortuorum.

Et ✠ vitam venturi saeculi. Amen.

Bidding Prayers

The choir sings Gascogne's setting of the words of today's Alleluia "Care Mea" while the Priest prepares the Gifts and incenses the Altar (then)

P: Orate Fratres ut meum ac vestrum sacrificium acceptabile fiat apud Deum Patrem omnipotentem

C: Suscipiat Dominus sacrificium de manibus tuis ad laudem et gloriam nominis sui, ad utilitatem quoque nostram totiusque Ecclesiae suae sanctae

The Prayer over the Gifts

Ecclisiae tuae, quaesumus, Domine, unitatis et pacis propitius dona concede, quae sub oblati muneribus mystice designantur.

Lord, may the bread and cup we offer bring your Church the unity and peace they signify

P: Per Christum Dominum nostrum

C: Amen

P: Dominus vobiscum

C: Et cum spiritu tuo

P: Sursum Corda

C: Habemus ad Dominum

P: Gratias agamus Domino Deo nostro

C: Dignum et iustum est

The Preface of the Eucharist (Corpus Christi)

Vere dignum et iustum est aequum et salutare, nos tibi semper et ubique gratias agere: Domine Sancte Pater omnipotens aeternae Deus: per Christum Dominum nostrum.

Qui, verus aeternusque Sacerdos, formam sacrificii perennis instituens, hostiam tibi se primus obtulit salutarem, et nos, in sui memoriam, praecepit offerre. Cuius carnem pro nobis immolatam dum sumimus, roboramur, et fusum pro nobis sanguinem dum potamus abluimur.

Et ideo cum Angelis et Archangelis, cum Thronis et Dominationibus, cumque omni militia caelestis exercitus, hymnum gloriae tuae canimus, sine fine dicentes:


The choir then sing :

Sanctus, Sanctus, Sanctus Dominus Deus Sabaoth. Pleni sunt caeli et terra gloria tua. Hosanna in excelsis. **Benedictus qui venit in nomine Domini. Hosanna in excelsis.**

Canon of the Mass II

(the priest may choose an alternative)

Vere sanctus es, Domine, fons omnis sanctitatis. Haec ergo dona, quaesumus, Spiritus tui rore sanctifica, ut nobis Corpus et ✠ Sanguis fiant Domini nostri Iesu Christi. Qui cum Passioni voluntarie traderetur, accepit panem et gratias agens fregit, deditque discipulis suis dicens:




ACCIPITE ET AMANDUCATE EX HOC OMNES: HOC EST ENIM CORPUS MEUM, QUOD PRO VOBIS TRADATUR. **AAA**

Simili modo, postquam cenatum est, accipiens et calicem, iterum gratias agens dedit discipulis dicens:

ACCIPITE ET BIBITE EX EO OMNES: HIC EST AENIM CALIX SANGUINIS MEI NOVI ET AETERNI TESTAMENTI QUI PRO VOBIS ET PRO MULTIS EFFUNDETUR IN REMISSIONEM PECCATORUM. HOC FACITE IN MEAM COMMEMORATIONEM. **AAA**

P: Mysterium Fidei.



Memores et igitur mortis et resurrectionis eius, tibi, Domine, panem vitae et calicem salutis offerimus, gratias agentes quia nos dignos habuisti astare coram te et tibi ministrare. Et supplices deprecamur ut Corporis et Sanguinis Christi participes a Spiritu Sancto congregamur in unum. Recordare, Domine, Ecclesiae tuae toto orbe diffusae, ut eam in caritate perficias una cum Papo nostro Benedicto et Episcopo nostro Vincent et universo clero.

Memento etiam fratrum nostrorum, qui in spe resurrectionis dormierunt, omniumque in tua miseratione defunctorum et eos in lumen vultus tui admitte. Omnium nostrum, quaesumus, miserere, ut cum beata Dei Genetrice Virgine Maria beatis Apostolis et omnibus Sanctis, qui tibi a saeculo placuerunt, aeternae vitae mereamur esse consortes, et te laudemus et glorificemus per Filium tuum Iesum Christum

Per ipsum, et cum ipso, et in ipso, est tibi Deo Patri omnipotenti, in unitate Spiritus Sancti, omnis honor et gloria per omnia saecula saeculorum. **C: Amen.**

P: Praeceptis salutaribus moniti et divina institutione formati, audemus dicere:



P: Libera nos, quaesumus, Domine, ab omnibus malis, da propitius pacem in diebus nostris, ut ope misericordiae tuae adiuti, et a peccato simus semper liberi et ab omni perturbatione securi: expectantes beatam spem et adventum Salvatoris nostri Iesu Christi.

C: Quia tuum est regnum, et potestas, et gloria in saecula.

P: Domine Iesu Christe, qui dixisti Apostolis tuis; Pacem relinquo vobis, pacem meam do vobis: ne respicias peccata nostra, sed fidem Ecclesiae tuae; eamque secundum voluntatem tuam pacificare et coadunare digneris. Qui vivis et regnas in saecula saeculorum. **C: Amen.**

P: Pax Domini sit semper vobiscum.

C: Et cum spiritu tuo.

P: Offerte vobis pacem.

C: Pax tecum

The choir then sing:

C: Agnus Dei, qui tollis peccata mundi, miserere nobis.

Agnus Dei, qui tollis peccata mundi, miserere nobis.

Agnus Dei, qui tollis peccata mundi, dona nobis pacem.

P: Ecce Agnus Dei, ecce qui tollit peccata mundi. Beatis qui ad cenam Agni vocati sunt.

C: Domine, non sum dignus, ut intres sub tectum meum, sed tantum dic verbo et sanabitur anima mea.

The Communion now follows while the Choir sings

The Communion Prayer

Hoc corpus quod pro vobis tradetur: hic calix novi testamenti est in meo sanguine, dicit Dominus: hoc facite, quotiescumque sumitis, in meam commemorationem.

This is my body, which is for you: this is the cup of the new covenant in my blood, says the Lord. Whenever you receive it, do this as memorial of me.